



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

25 Voti commutatio in aequale opus ex aliqua causa rationabili, & cum superioris auctoritate fieri debet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

commutat, *cap. pervenit, de jurejuran.* Cajet. 2. 2. *quæſt. 88. art. 12.* & Graff. *c. 30. par. 1. lib. 1. n. 1.* Et quæcunque vota ſimplicia in ſæculo facta, ſive perſonalia, ſive realia, ingreſſu religionis extingui cenſentur. S. Thom. 2. 2. *q. 88. art. 1.*

25 Commutatio ꝑ voti in æquale opus fieri debet ex aliqua cauſa rationabili, & cum ſuperioris auctoritate, *c. 1. x. de vot. & vot. redempt.* & Cajet. 1. 2. *quæſt. 88. art. 12.* quæ auctoritas requiritur etiam, quando dubitatur, an in æquale, vel melius commutetur, *Sot. lib. 5. quæſt. 4. art. 3.* & Graff. *eadem quæſtione 30. num. 6.* In voti commutatione ꝑ locus, tempus, labor, ſumptus in itinere faciendi, præter illos, quos domi ſuæ feciſſet, corporis afflictio, & alia ſimilia ſunt ſubtiliter conſideranda, ut in æquipollens poſſint commutari.

2 Quando ꝑ verò Jubilæi, aut privilegiorum vigore commutatio fieri poteſt, conſeſſarius ad expenſas, & labores in eundo tantum, non autem in redeundo rationem habere debet, quia vovens ſolum ire, non 29 autem redire vovit, & his omnibus conſideratis, conſeſſarius debet in aliud pium opus dictas expenſas, & labores commutare, & in tantam quantitatem pecuniæ puellæ nupturæ, vel in fabricam, aut reſtaurationem alicujus eccleſiæ, ſeu quid ſimile tradendam, convertere. Aut votum peregrinationis in aliud opus, in quo perſona 30 exerceatur, & fatigetur, ut in operibus corporaliſibus pro aliqua fabrica eccleſiaſtica, vigiliis, orationibus, & jejniis. Ant. de Butr. *in cap. magna, num. 6. de vot. & vot. redempt.* & Graff. *eod. cap. 30. n. 10.*

28 Commutari ꝑ etiam poteſt votum factum intuitu certæ perſonæ, vel loci, vel de dando aliquid tali pauperi, vel tali ec-

cleſiæ, quia eſt promiſſio facta Deo, S. Thom. 2. 2. *quæſt. 88.* & cum Deo ſatisfiat per commutationem in æquale auctoritate Episcopi, abſque conſenſu illius perſonæ, vel eccleſiæ (dummodo cauſa lub. ſit ex parte voventis) fieri poteſt commutatio; Graff. *d. c. 30. num. 12.* & Navar. *de red. Eccle. q. 1. mon. 60. num. 1.* inquit, quoddam à Papa poteſt commutari, ſed puto, & ab Episcopo commutari poſſe, de conſenſu voventis, cum tali loco, vel perſonæ, nõ ſit jus quæſitum, quaſi res devota ſit ſua, quia nec eis, nec aliquibus pro eis acceptantibus, ſed Deo ſit facta pollicitatio. Graff. *cap. 1. num. 11.* & donans aliquid alicui, ut poſt aliquod tempus perveniat ad aliquam eccleſiam, poteſt illud onus remittere, donatario conſentiente, non obſtante quoddam eccleſiæ ſit quæſita utilis actio, Bar. *in l. qui Romæ, §. Flavius, nu. 1.* & ibi Jaſ. qui hanc dicit eſſe comm. opin. *n. 14. ff. de ver. obl. & Navar. eod. mon. 60. num. 2.*

An autem ꝑ poſſit Episcopus legatum ad unum uſum factum in aliud mutare. Regulariter non poteſt, ſed requiritur ſedis Apoſtolicæ auctoritas, Clem. *quia contingit*, ubi etiam glo. *in ver. ſedis Apoſtolicæ, de relig. dom.* Felſn. *in c. cum acceſſiſſent n. 17. in ſm. de conſt.* & ibi Dec. *num. 11. Covar. in c. ſuanum. 7. de teſtam.*

Verum, ꝑ cum in quibusdam eccleſiis ſæpe contingat, vel tam magnam Miſſarum celebrandarum numerum ex variis defunctorum relictis impoſitum eſſe, ut illis ſingulis diebus à teſtatoribus præſcriptis nequeat ſatisfieri, vel elemoſynam hujusmodi pro illis celebrandis a deo tenuem eſſe, ut non facile inventiatur, qui velit huic ſe muneri ſubjicere, unde depereunt piæ teſtantium